


S V M M A R I V M.

- 1**  **SS ASINVS** dicitur, qui sciungit animam à corpore, aliquo recepto pretio non vero qui vulneravit.
- 2 Clericus assassinus ipso iure censetur degradatus.
- 3 Assassinos capiendi unicuique est data potestas.
- 4 Degradatio à iure etiam si realis non interueniat.
- 5 Assassini sunt diffidati à toto populo.
- 6 Assassini sunt poena mortis puniendi.
- 7 Assassinorum poena varia est.
- 8 Cap. 1. de homicidio lib. 6. declaratur, & ponderatur.
- 9 Lex. 3. tit. 27. part. 7. declaratur.
- 10 Clerico malefactori, nulla reuerentia observanda est.
- 11 Ecclesiastica privilegia non sunt introducta, favore sceleratorum.
- 12 Vita vnius, non tanti est quanti dignitas omnium sacerdotum.
- 13 Casus memorabilis refertur.
- 14 Assassini non gaudent Ecclesie immunitate, & nu. fin. etiam si mors non sequatur.
- 15 Ecclesia non debet esse impiorum receptaculum.
- 16 Delicti atrocitas facit, ut iura transgrediantur.
- 17 In Regno Francie in delictis atrocissimis, iudex Ecclesiasticus, & secularis contra clericum procedunt.
- 18 Iurisdictio Ecclesiastica vnde originem habuit, & de quibus negotijs cognoscat.
- 19 Imperatores cognoscebant de causis clericorum antiquitus.
- 20 Cyrillus fuit primus qui pronocavit contra Ecclesiasticas regulas.
- 21 Clerici in aliquibus casibus propter delicti atrocitatem traduntur curie seculari.
- 22 Cap. perpendimus, de sententia excommunicationis, declaratur.
- 23 Capit. Cum non ab homine de iudicijs, declaratur, & num. 32.
- 24 Cap. Ad abolendam, de hereticis, declaratur, & num. 32.
- 25 Senatus aliquando cognovit contra clericum veneficum.
- 26 Iudex Ecclesiasticus, & secularis aliquando concurrunt in punitione Clerici.
- 27 Practica procedendi in Regno Francie contra clericos, à potestate seculari in atrocissimis.
- 28 Crimen Assassini seuum est, & tãto sceleratius, quanto occultius.
- 29 Insidie vix caueri possunt.
- 30 Malus nemo est sine atramento.
- 31 Contraria opinio in questione principali refertur.
- 32 Clericus Assassinus ante realem degradationem, non est curie seculari tradendus.
- 33 Doctores pro secunda opinione traduntur.
- 34 Sententia declaratoria requiritur, ubi lex imponit poenam, ipso iure.
- 35 Clericus est exemptus à iurisdictione seculari, ubi late hoc confirmatur.
- 36 Clericus ante degradationem non est curie seculari tradendus.
- 37 Authentica statuimus. C. de Episcopis & Clericis, declaratur.
- 38 Clericus nisi impius fuerit nemo negavit fori privilegium.
- 39 Casus notabilis refertur de Constantino Imperatore favore clericorum.
- 40 Clericorum causa ad secularem iudicem non spectant.
- 41 Iudex secularis est vindex secularis iurisdictionis.
- 42 Clericus Assassinus prius est iudicandus ab ecclesiastico iudice, quam à seculari.
- 43 Probatio Assassinatus fit etiam sine testibus de visu, per indicia, & argumenta.
- 44 Attentatus punitur poena ordinaria in crimine Assassinatus, ubi sunt due opiniones controuerse.
- 45 Deus iudicat corda singulorum non tantum de factis sed de verbis.
- 46 Adulter erit qui concubuit cum sua, tanquam aliena.
- 47 Homicidium nascitur ex odio.
- 48 Cogitationis poenam nemo patitur si factum deficiat.
- 49 Cogitatio non facit furem.
- 50 Lex. Si quis non dicam rapere. C. de episcopis & clericis declaratur.
- 51 Voluntas non exitus in maleficijs spectatur.
- 52 Lex fin. C. ad l. Iuliam. de arbit. declaratur.
- 53 Contraria opinio traditur, quod non puniatur conatus, in crimine Assassinatus, poena ordinaria.
- 54 Arbitrio iudicis relinquitur qualiter delictum non perfectum puniatur.
- 55 Casus referuntur, ad cognoscendum quando affectus puniatur.
- 56 Opinio authoris traditur.
- 57 Mandatarius in crimine Assassinatus punitur poena mortis.
- 58 Assassinus non gaudet ecclesie immunitate, etiam si mors non sequatur.
- 59 Proditor a lenosus non gaudet Ecclesie immunitate secundum communem, & in praxi receptam.
- 60 Opinio authoris refertur.
- 61 Cognitio immunitatis est mixti fori secundum aliquos, contrarium est verius, & ita practicatur.

Q V A E S T.